HOMILIARIUM
11. Jh. Seite 118r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



trahere. atq; exeuersis ędificiis parietū morū ruinā time
re. Uidens eñi ciuitatē fleuit sup illā dicens. quia si cog
nouisses et tu. Hoc semel egit. cū perituram ciuitatē
ēē nuntiauit. hoc cotidie redemptor nr̄ ꝑ electos
suos agere nullatenus cessat. cū quos dā ex bona ui
ta ad reprobos mores ꝑuenisse considerat. Plangit eñi
eos qui nesciunt cur plangant̄. quia iuxta salomonis
uerba lętant̄ cū male fecerint. et exultant in rebus
pessimis. Qui si damnationē suā quę eis imminet agno
uissent. semetipsos cū lacrimis electorū plangerent.
Bene aūt ꝑiturę animę sententia quę subdit̄ c̄uenit;
equidē in hac die tua quę ad pacē tibi. nunc aūt ab
scondita sunt ab oculis tuis. Suam hic diē habet anima
ꝑuersa quę transitorio gaudent in tempore. cui ea quę
assunt ad pacē sunt. quia dū ex rebus temporalibus lętat̄.
dū honoribus tollit̄. dū in carnis uoluptate resoluitur.
dū nulla uenturę pęne formidine terret̄. pacē habet
in die sua. quę graue damnationis suę scandalū in die
habebit aliena. Ibi eñi affligenda ē. ubi iusti lętabunt̄.
et cuncta quę modo ei ad pacē sunt. tunc in amaritu
dinē rixe uertebunt̄. quia rixari secū incipit. cur dā
nationē quā patitur ñ expauit. cur ꝯspiciendis malis
sequentibus oculos mentis clausit. unde ei dr̄. Nunc aū
abscondita sunt ab oculis tuis. Peruersa quippe anima
rebus p̄sentibus dedita. in terrenis uoluptatibus resolu
ta. abscondit sibi mala sequentia. quia p̄uidere sibi
futura refugit quę p̄sentē lęticiā ꝑturbent. Dumq;